

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

Ω

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

quā prorsus prohibita fuerit actio pupilla, putat se uidere culices, & talia quaedā. *ὀφθαλμὸς βασιλέως.*) Oculus regis. Ita uocantur satrapas, per quos omnia rex spectaret: sicut Regis aures, delatores, per quos audiret omnia quæ ab unoquoque agerentur.

*ὀφλήσειν.*) Aristophanes in Nubibus: Condemnandus absentibus testibus: Si qui aliquem accusassent, & crimen non probassent, ijs multa irrogabatur. Quā si quis stato tempore non soluisset, & diē praterisset: soluebat quadruplum. Qui uerò non essent soluendo, coniecibantur in carcerem: idq; & alijs multis accidit, & Aristogitonis Oratoris patri.

*ὀφλῶν.*) Ne ab eo in crimen adducetur apud Achæos, & improbitatis argueretur. (*ὅ μ' ἐχρῆν σὸρον πείσασθαι: τὸ τ' ὀφλῶν ἀπερχομαι.*) Discedo, id debens, quo mihi sandapila emenda esset: hoc est, tanti sum condemnatus, ut in extrema inopia mihi sit moriendum. De senibus, in iudicijs uersantibus.

*ὀφρυῖον.*) Ophryniū, urbs est Troadis. *ὀφρύς ἀνασπῶντες, καὶ γνάθες φουσῶντες.*) Supercilia attollentes, & buccas inflantes. In arrogantes & elatos.

O cum X.

*ὀχδῶ.*) In monumento Sardanapali scriptum fuit: Ede, bibe, coi. nam cætera quidem nullius precij sunt. uel: Nam cætera quidem ne huius quidem sunt. statua enim marmorea, more Lydio succincta, monumento insistens, manu supra caput elata, digitis crepat.

*ὀχημα.*) Aristophanes: Iure utiq; ut qui uehiculo scarabei conscenso cōseruarim Græcos. Idem: An non contumelia hæc est, & magna ignominia, me Bacchum, filium Doli, ire & fatigari: istum uerò uerere, ne afflictetur, aut onus ferat?

*ὀχλου.*) In cæteris parebat patri, & erat ualde continens aduersus percontatores, & turbarum concitatores, & linguæ imperabat.

*ὀχοζίας.*) Ochozias rex Iudæorum, Samariæ degens, improbus fuit per omnia, similis parentibus ambobus: & Ieroboamo, primo legum uiolatori, qui populū seducere cœperat.

O cum Ψ.

*ὀψαρτυπη.*) Artemidorus pseudoaristophanius, uocabula rei culinariæ collegit. *ὀψήθητες, ἀλλ' ἐς κελωνὸν ἴεσσ.*) Serò uenisti, sed tumultum pete. In eos qui post tempus aduenirent, & in mercenarios.

*ὀψις.*) Ea quæ ante urbem erant, argento & auro fulgebant: quo aspectu nihil amicis iucundius, nihil hostibus formidabilius accidit.

Visus duodecim colores iudicat: albū *Colorum iudicium.* & nigrum, & intermedios: flauum & fuscū: pallidū, rubrum, purpureum, aqueū, splendidum, & obscurum. Auditus iudicat sonum, acutum & grauē. *Sonorium. Odorium.* Olfactus iudicat fragrantēs & fœtidōs odores, & interiectos, eorum quæ putrescunt & madefiunt, aut tabescunt, aut adolentur. Gustus aut iudicat dulces & amaros saporēs, & interiectos quinq;. *Saporum.* \*Septē em̄ sunt saporēs: Dulcis, amarus, acutus, acer, (*συφύς, συμφός*) acerbus, mollis, falsus, austerus. Tactus plura iudicat: grauiā, leuiā: & interiecta inter aspera & læuiā, & interiecta sicca & humida. & hi quatuor sensus in capite sunt, ijq; & proprium quiddā habent, & instrumentis suis includuntur. Tactus autem per caput & per corpus transit, & communis est omnium sensuum.

*ὀψιδόντα.*) Occidit eum caupo, qui serò uenientem exceperat.

*ὀψοφαγία.*) Philoxenus L. eucadius, fuit homo gulosus, unde sunt Philoxeniæ placenta: adeo quidem, ut palam in balneis manum consuefaceret in aquam calidā immittendo, & os aqua calida eluendo, ne calidis facile moueretur: & coquos assuefaciebat, ut cibos calidissimos apponerent. Consimilia etiam narrant de Archyta. & Crobylus ait: Ego ad calidā hæc Dactylos Idæos habeo, id est digiti mei minimè læduntur à calidis. *Archytas. Crobylus.* Pharynga iucundissimè incendam frustis piscium.

*ὀψώνια.*) Apostolus, Merces carnis mors est.

*ὀψώνιον.*) In sacra Scriptura, est cibus separatus.

INITIVM LITERAE Ω.

*ὀ κρατεῖν, εἶδεν τε, σημαίνει λύπης.*) **Ω**ua & tenere & edere, significat molestias. *Explicatio sonij.*

**O**BARENI, pars Armeniæ, ad Gyrū flumen sita.

*ὀβελισσα.*) Veru librīs additum, notā probationis est.

**O**G rex Basanis, & Seon rex Amorrhæorū, potentia sua elati fuerunt. Og uerò etiā ferreo lecto ob corporis magnitudinē utebatur, nouem cubitos longo, & quinq; lato. *Seon.* Og rex Basanis, id est mæcæria turpitudinis, quæ nobis aditū salutis intercludit. Eū occidet dominus, ad eos liberandos qui oppressi tenentur. *Allegoria.*

ὀγκώ-

ὠγκώση.) Ex eo magis intumuit quam res sinebat.

ὠγούσι.) Ogenus, antiquus deus. unde Ogenidæ & Ogenij dicuntur antiqui. Ser alt gott von Schaffhausen.

ὠγύγια κακὰ.) Ogygia mala: id est uetera, uel permolesta. Cadmus enim Ogygis filius, ob filias suas in calamitates incidit: & Ogygus, primus regnavit Thebis.

ὠδίσ.) Cratinus in Fugitiuis: Hic tantum tumultuantur, & aliqui esse uolunt.

ὠδίσιον.) Odeum theatrum Athenis, à Pericle ad ostentationem Musicorum extructum esse fertur. Est ibi etiam prætoris curia. Ibi etiam farinam metiebatur. nomen habet à cantilenis.

Moderatio diuini. Fiducia pauperum.

ὠδισιός.) Et diuitijs tumefactum animum reprimat, felicitatem alibi sitam esse ostendendo: & abiectum ob paupertatem erigit, & ab humilitate omni reuocat, eloquio melle dulciori aures omnium demulcendo: quo uel Xerxes in suam sententiam pertraxisset: Xerxes illum inquam, qui ingentem illum contra Græcos duxit exercitum.

ὠδισ.) Ille dolorem quo cruciabatur, esse ferre non audebat: ea fortasse spe, se taciturnitate, uoti aliquando fore compotem.

ὠδίνες θανάτου, καὶ πείνης.) Dolores & laquei mortis sunt lethalia pericula, & calamitates, quæ propè ad mortem adigunt.

ὠδισιον.) In uirum opibus & genere conspicuum, atrox ciuium inuidia eruptura erat.

ὠδοποίησε.) Iustæ castigationi reliquit locum, neque ultionem humanitate sua exclusit.

ὠ ζεύ.) O Jupiter, quid ista? beatane dicam, An atrocitas quidem, sed lucrosa? Sed molestum est, si meis malis uitam conseruaro.

ὠ Ἡρακλεις τί μέγιστον.) O Hercules, quid infans? Hoc aiunt ab Argonautis esse dictum, Herculem reuocantibus, qui uoluntate Iunonis emanisset.

OCALEA, urbs Bœotiae.

OCEANVS, mare totam terram ambiens, è quo sunt & fluuij omnes, & omnia maria & fontes: quodque ob breuia (βραχύδη καὶ σκοτεινὴ τυχάνονται) & tenebras nauigari nequit.

Humana breuia.

ὠκύμορα.) Res humanæ sunt breues, & unius dieculæ. Et tamen serio in ijs laboratur. & ueniam meretur immodicum studium.

ὠκυρῆκιον τηλέφω.) Ocytocium (id est, accelerans partum) Telephi, liber est dignus qui pareatur ad copiam sermonis, atque amabilis.

ὠ λακιάδαι.) Laciade, municipium Atticæ, in quo multi raphani nascebantur, quibus ad exagitandos adulteros uti solebant. Sin hi deessent: capulos securium adhibebant. Dicitur de adulteris.

ὠ λῶ.) Olen, siue Dymæus, siue hyperboreus, poeta heroicus: sed uerius est Lycium esse Xanthium, ut Callimachus indicat, & Polyhistor in historia Lyciæ.

ὠ λιδον.) Non temerè exciderunt uota, & inimicæ contra Deum imprecationes.

ὠ μηδαιμῶς.) Absit absit. Reticentia est, sicut apud Demosthenem: Sed quo te quis nomine rectè appellet?

ὠ μὴ ἐστὶ πάρεδραῶντι, τῶν ἐστὶ ἐπὶ Φοβῆι.) Qui à facinore non abhorret, num reformidabit orationem?

ὠ μήτις.) Nicolaus Damascenus: uereor ne crudelis & immanis uidearis, atrox adeo supplicium sumens.

ὠ μιλλαι.) Omilla ludij genus, quo qui nucem ita in circulum conijcit, ut in eo maneat, uincit.

ὠ μοις.) Crudis (id est duris & asperis) eum patris legibus domari, & ingenio illi reddi similem oportet.

ὠ ὦν.) Is qui est: de Deo æterno dicitur.

ὠ νηπιῶν.) Abgarum regnum suum permittere Traiano, quamuis magna pecunia emptum à Pacoro. Idque gratum accidit Imperatori.

ὠ νίξ.) Salus precio dato redimenda, & retinenda. Iudices uenales absoluunt hominem.

ὠ νῆμι.) Hoc illud est, quod Philippus pecunia, quanta uspiam inueniri possit, emat.

ὠ νοχόει.) Nemo uinum infundebat: neque moris est apud Barbaros Orientales, bibere inter coenandum. (Virgil. Postquam excepta famas epulis, mensesq; remota, Crateras magnos statuunt, & uina coronant.)

ὠ νῦν θερμοὶ βωμοὶ.) O nunc calentes aræ. De ijs, quorum sero tandem cura suscipitur. Aristophanes in Lemnijs significat, subinde apud Athenienses peregrinos aliquos deos fuisse cultos.

ὠ νῦν μὲν ἐδίξεις, αὐρεῖον δὲ ὑπερμέγας.) O qui nunc nihil es, cras ingens futurus. De ijs qui præter spem honorantur.

O XVS fluuius in regione Bactrianorum, qui Alexandro transiri non posse uidebatur. Nā latitudine erat sex omnino stadiorum: profundiorque multo quam pro ratione latitudinis, & arenosus, impetuoso flumine, ut facile euerteret ea que in illo defigerentur, ut aræ parum firmiter inharerent.

O XVS fluuius in regione Bactrianorum, qui Alexandro transiri non posse uidebatur. Nā latitudine erat sex omnino stadiorum: profundiorque multo quam pro ratione latitudinis, & arenosus, impetuoso flumine, ut facile euerteret ea que in illo defigerentur, ut aræ parum firmiter inharerent.

ωδν.) E quadrupedibus sola testudo parit oua.

ω παύ.) Sophocles: O' fili, utinam patre sis felicior: sed cætera illi similis. neq; enim malus fueris.

ω Πηπίση περδοσία εξεταζόμενε ή κακία.) O' in omni prodicione & improbitate uersate. Aristophanes de Cleone: Sicut apes omnia facili mē cōsecutus es, cum nullam spem haberes tantæ gloriæ adipiscendæ. Utinam uerò eandē amittas. Tum ego canam illud Simonidis, Pota pota ob felicem euētum: πίνε πίν Πηπίσυ Φορῶν ἀγαθῶν \* ω παύειον. \* ήλωσ αἰμύλης ἀλώπεκ.) Astutam uapido gestas sub pectore uulpem.

ω πὸς αἰχμῆς ἐν ἀνθρώποισι γίνεται ἔργα.) O' quot turpissima facinora committūt homines?

ωρα.) Aelianus: Matrōna decoro uultu, casto ingenio. Idem: Homo periurus, nullam Numinis rationem habens, conflatu ex imposturis & mendacijs: qui nihil unquam ueri, nihil æqui dicit: his artibus (lego, Πηρίρητον. Sed Πηρίρητον supra exposuit ἐπάρατον, execrabilis) affluentes opes consecutus est.

ωρα.) Hora, duodecima diei pars: inde dicta ωρα, q̄ interuallā diei distinguat.

ωρα.) Si pacem expetunt, tempus est ut arma tradāt. Theobogus: Ista quidem ratione tu uel regnum Dei contempseris, quod grano sinapis comparatur. Procopius: Cura mei tandē suscipienda tibi fuerit: qui præter familiæ interitum, tanta pecunia sim spoliatus.

ωρακιάσας.) Eorū qui animo linquntur, color in primis mutatur, quādo cor premitur.

HORAPOLLON, ex Phœnebythide pago Panopolitanæ præfecturæ, grammaticus, Alexandria docuit, & in Aegypto, tandē Constantinopoli sub Theodosio. Scripsit πμενικῶ, id est de lucis & templis: & Commētarios in Sophocle, Alcaum, Homerum: homo ob artē celebris, gloria nulli ueterū doctissimorum grammaticorum secūsus, \* Aegyptius, sub Zenone impatore. Nicomedes quæritabat Harpocratē, nec inueniebat. Isidorus uerò philosophus eo cognito \*, per literas id significauit. Captus autem tabellarius, à quo missus esset, confessus est. Capiunt itaq; & Horapollinē, & Heraiscū: & neruis utroq; manibus suspensio, Harpocratē & Isidorum repetunt. Horapollo autem nō erat moribus phi-

losophicis: sed & aliquid eius opinionis de dijs, quos norat, in profundo occultabat: & Heraiscus pdixerat, fore ut Horapollo deficeret ad alios, patrijs legib. repudiatis. Id quod & euenit. Nulla em̄ necessitate urgente, uisa fuit facta esse illa mutatio, ac potius spe quadam inexplebilis cupiditatis explēdæ. Neq; enim facile quicquā aliud ad defectionis defensionem afferri potest. (Videtur Christianus esse factus, aut contrā fortassis.)

ωργων.) Alter alterius gloriæ in sese trāsfundendæ cupiditate æstuabat.

ωρείθυα.) Orithyia, nymphæ nomē. Homerus: Μαῖρα, & Orithyia, & capillata Amatheia. Est & Orithyia Borææ amica.

ORIGENES, qui & Adamantius, uir clarissimus, & in omnib. disciplinis exercitissimus: auditor fuit Ammonij philosophi, cognomento Saccæ, qui maximus in philosophia progressus habuit: qua de causa etiam in arte dicendi plurimum à magistro est adiutus. Is enim uir perpetua consuetudine Platonis utebatur, & in Numenij & Chronij & Apollonphanis & Longini & Moderati & Nicomachi, & clarorū Pythagoricorum scriptis uersabatur. Chæremonis item Stoici & Cornuti libris utebatur, à quibus

(μεταληπτικόν, transumptiuum. f. explicationem arcanorum) metalepticum Græcorum mysteriorum cognouit modum: magna omnino præditus philosophicorum decretorum scientia, non tantum Græcorum, sed & diuinorum & nostrorum, hoc est Christianorum. Et quid dicas de eius pp̄ immortalis & beato ingenio? Nam Dialecticam, Geometriam, Arithmeticam, Musicā, Grammaticam

& Rhetoricam, & omniū dogmata philosophorum sic edidicerat, ut studiosos mundanarum rerū haberet auditores, & in dies ijs aliqd enarraret, magnusq; ad eum cōcursus fieret. Origenes, quā ingenij magnitudine fuerit, Porphyrius etiam, qui rabiem suam contra Christianos exercuit, meminit his uerbis: Absurditatis ille modus à uiro erat, in quem & ipse admodū adolescentulus incidi, qui ualde celebris fuit, & adhuc est, ex ijs q̄ reliquit scriptis. Adhibeatur Origenes autor, qui est apud istius doctrinæ assertores illustri gloria. Hoc testimoniū Origeni à prophanis hominibus perhibetur, ijsq; inimicis. Hæc Porphyrius libro tertio cōtra Christianos scribit: uerè ille quidem de huius uiri exercitatione, sed

Ammonius Saccas.

Multiplex Origenis eruditio.

Porphyrius de Origenes.

aperto de ceteris mendacio. Quid enim non auderet is, qui contra Christianos infanijt? cum dicat, cum à Græcis defecisse, Ammonium autem à Dei cultu ad uitam ethnicam descuiisse? Et hæc ad cōmendationem Origenis, & multiplicis eius Græcarum literarum cognitionis. ob quam à quibusdam reprehensus, id studium epistola quadam his uerbis defendit: Cum me religionis doctrinæ de- ditum, fama de habitu nostro uulgata, aliàs hæretici, aliàs Græcis disciplinis, ac in philosophia præsertim, eruditi conuenirent: uisum mihi fuit examinare ista & hæreticorum decreta, & philosophicas de ueritate pollicitationes. Et hæc ab eo in defensione suæ exercitationis dicta sunt. Sub id autem tempus & Alexãdri, Romanorum imperatoris mater, Mammaea, Antiochiæ cum Origene collo- cta est, & ab eo doctrina religionis imbuta. Ab eo tempore Commentarios in sacras literas est auspicatus, Ambrosij potissimum nō modò assiduis adhortationibus, sed liberali etiam rerum necessariorum omnium suppeditatione impulsus: in primis autem incredibili uiri illius studio, & in diuinis oraculis exercitatione. Tantum enim studiū habuit diuinarum Scripturarum, eamq; diligentia adhibuit, ut & Hebræam linguam, cōtra & ætatem & ingenium suum edisceret: & alias, præter illā LXX interpretum, editiones in unum colligeret, Aquilæ inquam Pontici, & Theodotionis & Symmachi Ebionæorū, quæ secta purum hominem esse Dominū opinatur: & commentario in Matthæi Euangeliū edito, suum dogma per illud confirmare contendit: quintam item & sextam & septimam editionem. Hæc ex Eusebij Pamphili historijs, de Origene. Adeò exquisitum diuinæ Scripturæ studium fuit in Origene, ut, solas primas ipsis Hebræorum elementis scripturas possessionem suam faceret, & inuestigaret aliquas (τινας τῶν ἐπιγράφων περὶ τῆς) amicorum, præter LXX editiones, sacras Scripturas interpretatos: & alias quasdam, à receptis interpretationibus discrepantes, Aquilæ & Symmachi & Theodotionis inueniret, quas ex abscondito, nescio ubi nactus, superiore latentes tempore, in lucem indagatas protulit. Ac in Hexaplis (id est, sextupla interpretatiōe) Psalmoꝝ, post insignes quatuor editiones, non modò quinta, sed & sexta & septima addita in-

Origenes de suo discipulo narum studio.

Mammaea.

Ambrosius autor Commentariorum scribendorum.

Hebræa. Interpretationes Bibliorum.

Ebionæi.

Hexapla: Sextupla.

terpretatione: in una quadam notatum est, eam Hierichunte in dolo inuentam esse. His uniuersis in unum congregatis, & (κατὰ κῶλον διελθῶν, à puncto ad punctum) membratim pellectis, & inter sese collatis, unà cum ipsa Hebræorum annotatione, Hexaplorū, quæ uocantur, exemplis nobis reliquit. Seorsim uerò Aquilæ & Symmachi & Theodotionis editionem, unà cum interpretatione LXX in Tetraplis concinnatam, deniq; omnem Scripturam ecclesiasticam notatam, plurima & innumera reliquit: ut ab eo oēs posteriores Ecclesiæ doctores fuerint adiuti, ut ait Theologus Gregorius: ὡς ἐργῆς ἢ πάντων ἡμῶν ἀκρόνη, Origenes omnium nostrum cos. Neq; uerò nostræ tantum Ecclesiæ, sed etiam exteris & hæreticis & philosophis plurimum attulit adiuuenti, qui præter diuina, (μονονεχὶ uideretur abundare) tantum non & in philosophicis erudirentur. Quos enim ualere ingenij uidebat, eos ad philosophicas disciplinas, Geometriam & Arithmetica & cæteras perducebat, & ad sectas philosophicas promouebat, earūq; scripta enarrabat, Commentarijs additis, & singulis excussis: ut iam & apud Græcos magnus philosophus predicaretur. Cuius in hoc genere solertia, testes sunt Græci philosophi, qui eius tēpore floruerunt, in quorum scriptis multa uiri huius fit mentio, cum aliàs (libros ei dederunt) eum appellent, aliàs ad eius iudicium tanquam præceptoris labores suos referant. Origenem igitur more suo Cæsareæ degentem, multi conuenerunt, non modò ex popularibus, sed & peregrini infiniti: relictā patria ad eum audiendū uenerunt: quorū maximè insignes nouimus, Theodorum, qui ipse fuit inter nostræ ætatis episcopos percelebris: Gregoriū Thaumaturgum, & fratrem eius Athenodōrū: quos philosophiæ cupiditate flagrantibus, & Græcas Latinasq; literas admirantes, ut cum priore studio diuinam exercitationem commutarent, impulit. Qui totis quinq; annis eius usi consuetudine, in rebus diuinis eos progressus fecerunt, ut etiamnum adolēscētes episcopatu Ponticarum Ecclesiarum digni haberentur. Eodem tempore Origenes in Esaiam, simulq; in Ezechielem xxv libros composuit, è quibus in tertiā partem Esaiæ usq; ad uisionem quadrupedum in deserto, xxx sunt tomi. In Ezechielem xxv, quos solos in totū proph-

Origenes

Et The...

Andr...

Comm...

terry.

phetam cōfecit. Quo tempore hos scri-  
 bebat, annū agebat sexagesimum: quo  
 & sanctus martyr Pāphilus martyrio ui-  
 tam confecit. Enarrationis in Euangeliū  
 Ioannis apparet priores quinque libros  
 eum, dum adhuc Alexādrīæ fuerit, com-  
 posuisse. Operis in totum Euangelium  
 sunt tomi XXII. In Genesin XII. In pri-  
 mos XXV Psalmos, & in Threnos, & de  
 Resurrectione, & de Principijs. Scripsit  
 & Stromatum lib. 10. quos Alexādro im-  
 perante composuit. In expositione pri-  
 mi Psalmi exposuit sacrarum Scriptura-  
 rum ueteris Testamenti catalogum, sic  
 penē ad uerbum dicens: Non ignoran-  
 dum est, libros esse Testamēti, ut Hebrēi  
 tradiderunt, XXII. quātus apud eos est  
 numerus literarum. Postea subiicit: Sunt  
 autem hi libri secundum Hebræos, Ge-  
 nesis, Barenis id est in principio: & reli-  
 qui ordine. Vixit usq; ad Gallum & Vo-  
 lullanū, hoc est usq; ad annū ætatis 69.  
 Obdormijt Tyri, ubi & sepultus est. Pa-  
 ter uerō eius Leonides, martyrio ppter  
 Christum est consummatus.

ORIGENES Leonidem habuit pa-  
 trem, episcopū & martyrem: floruit sub  
 Seuero imperatore. Dum Alexandria  
 fuit, magnum studiū diuino sermōni im-  
 pendit. Eius studiosi permulti fuerūt, ma-  
 ximē Ambrosius: qui cum illi innotesce-  
 re studuisset, à se cta Valentini & Marcio-  
 nis discessit. Plurimi etiam prophanorū  
 philosophorū eum adeūtes, maximum  
 eius doctrinæ fructum ceperūt. Nam ab  
 ijs quoq; magnificabat, docens Geome-  
 triam & Arithmeticam, & reliquas pri-  
 mas disciplinas. Quapropter non pauci  
 Græci philosophi eius meminerunt, ut  
 sui præceptoris. Abundauit enim inge-  
 nio à puero, & studiosissimus fuit. Qui  
 cum puerili ætate sensum sacrarum lite-  
 rarum profundius scrutaretur, pater eū  
 obiurgabat, ne quid supra ætatem quæ-  
 reret. Sed noctu accedens, & pectus in-  
 tuens, quasi sancti Spiritus templum de-  
 osculabatur, seq; tali filio beatum iudica-  
 bat. Castitatis & cōtinentiæ fuit ab ado-  
 lescentulo ita studiosus, ut quaternis o-  
 bolis in diem uictitaret: idq; per annos  
 cōplures fecit, & humi in storea dormi-  
 uit: & breui tēpore noctu quiescens, ma-  
 iorem eius partem in sacram meditatio-  
 nem sanctorum oraculorū contulit: atq;  
 ita & insomnia & inedia & nuditate sese  
 subigens, usq; adeo uigorem corporis  
 edomuit, ut emarcuisse uideretur. Nam

cum uino & oleo & reliquis abstineret,  
 (ἀνατοπιὼ τῶ θάρακος ὑπέμεινε) euerfione  
 thoracis maximam sustinuit. Hinc cele-  
 bris factus, ut & agendo & dicendo ex-  
 cellens, multisq; Græcis ad idolo maniā  
 detestandam impulsis, ad martyrij coro-  
 nam adipiscendā se parauit. Magna itaq;  
 fama de eo increbrescente, & multis è  
 longinquo ad eum cōfluentibus: non  
 tantum Græcos & philosophos & hære-  
 ticos primarios ad pietatem attraxit, sed  
 Christianos etiā rectius instituendō cō-  
 firmavit. Quamobrem is quem diximus  
 Ambrosius, multis precibus impetrauit,  
 ac penē ui adegit hominem Casareæ, se-  
 ptem conductis notarijs, & pluribus qui  
 eleganter scriberēt, ut sacras Scripturas  
 interpretaretur. Hoc igitur rerum neces-  
 sariarū præbitore usus, ociumq; nactus,  
 notarijs dictauit ea quæ librarij cum mu-  
 lieribus elegāter scribere edoctis descri-  
 berēt. Sic omnem diuinam Scripturam  
 annis XVIII est interpretatus. Ferē au-  
 tem stans libros composuisse. Tantum  
 enim enarrationis diuinorum oraculo-  
 rum Ambrosius ardorem declarauit, ut  
 magnum eius studium testificans Orige-  
 nes, ad quendam sic scribat: Sacër Deo,  
 & uerē dicatus Ambrosius, sæpè me ap-  
 pellauit: qui cum me amicū esse & cu-  
 pidissimū Dei putaret, sua me industria  
 cōarguit, suoq; discēdi amore. Tantum  
 certē quidem me superauit, ut periculū  
 mihi sit, ne deficiam in eius postulationi-  
 bus exequendis. Neq; enim cœnare li-  
 cet, (ὅτι μὴ ἀντιβάλλοντα) nisi opponenti:  
 neq; cœnato deambulare, ac refocillare  
 corpusculum: sed & illis temporibus do-  
 ctrinæ uacare, & exempla corrigere co-  
 gimur. neq; totam noctem ad curationē  
 corporis dormire licet, sed & eius ma-  
 gnā partem lucubrationibus impen-  
 dimus. Mitto matutinos labores, ad no-  
 nam usq; & decimā horam. Omnes e-  
 nim homines studiosi id tempus indaga-  
 tioni diuinorum oraculorum, & lectio-  
 nibus consecrant. Omnem igitur diuinā  
 Scripturam interpretatus est. Iis enim  
 temporibus uetus Testamentum in do-  
 lio quodā repertum, perquam ingenio-  
 sè & eruditè adornauit. Nec tamē ad ex-  
 tremum usq; gloria eius inextincta man-  
 sit. Nā multiplicis eruditionis industria  
 in lapsum eum ingētem impulit, & mul-  
 tos offendit, multos in exitium deiecit.  
 Nam cum Sacrarum literarum nihil nō  
 interpretari uellet, in peccati calamita-

Scriptura  
 sacre inter-  
 pretatio.  
 ταχυγράφοι.  
 καλλιγράφοι.

Anni XVIII.  
 Static.

Ambrosius  
 ἡγορευμένος.

Labes asper-  
 sa Origenis  
 gloria.

Occasiones  
hereticis  
data.

tem incidit, & mortifera enarravit uerba. Nam ab eo & Arius argumenta sumpsit: & secuti (*ἀνόμοιοι καὶ ἀνόσοιοι. f. αἰῶσι*, qui Christum Deo dissimile & imparem dixerunt) inæquales, & profani, & reliqui omnes. Initio enim dicere non dubitabat, unigenitum Filiū uidere Patrem nō posse, neq; Spiritum sanctū uidere posse Filium, neq; angelos Spiritum. Neq; ex patris essentia esse filium uult, sed creaturam: & ex gratia dici filium, humanā autem animā (*προὔπαρχειν* esse ante ingressum corporis) esse priorē. & si quæ aliæ sunt eius blasphemix. Multa certè quidem in singulis Scripturis composuit: & colloquia & proœmia eius de moribus & naturis animantium & brutorum, medio pleraq; scripta genere orationis, iucundam habent expositionem. Dogmata uerò de fide omnium absurdissima inueniuntur. Visum illi quoq; fuit, uitam asceticā (id est, exercitationi uirtutis deditam) instituire: & quidem talem, ut & thoracem eius dicant ex immodica inedia & dura uictus ratione euersum esse. Contra suum uerò corpusculum id esse machinatum, ut uel (ut alij dicūt) neruū incideret: uel, ut alij, pharmaco imposito pudenda exiccaret. Alij alia de eo referunt. Fertur multa pro Christo perperus esse, cum admodum esset eloquens, & in Ecclesia educatus. Ex inuidia igitur in calumniā turpitudinis adductus (*ὡς τῆς τῆς ἐξουσίας ἀρχοντας*) apud potestatis principes, calliditate diabolicæ malitiæ (*ἀνδρᾶ Φασιν Πρινοθηλεύαι*) uirum aiunt excogitatum esse ab improbitatis operatoribus. Aethiopem igitur subornarūt, ad abusum corporis eius. Is uerò tā nefarium facinus non ferens, uocem rupit, ambabus illi propositis rebus: & assensus est, se immolaturū: & thus in manus eius iniectum, in altaris pyram demiserunt. Sic & à iudicibus à martyrio reiectus est, & eiectus Ecclesia. Relicta igitur propter probum Alexātria, in Iudæam se contulit: ac Hierosolyma cum uenisset, enarrator & eloquens, rogatus est à sacerdotibus, ut in Ecclesia sermonem haberet (presbyter enim iam erat) atq; etiam uī coactus, surrexit, & hāc tantum sententiam elocutus: Peccatori autē dixit Deus: Cur uerò tu enarras iura mea? & assumis testamētum meum in os tuū? complicauit librum, & affedit cum eiulatu lachrymans, omnibus unā cum eo eiulantibus. Alia item multa & dicuntur

Proœmia.  
Dogmata.

Vita ascetica  
ca Origenis.

Origenes  
fœditati  
præferit  
idololatriā.

Origenis  
luctus  
Hierosolymita-  
nus.

& canuntur, propter multitudinem cognitionis eius, & compositionis librorum. Vnde Syntacticus, id est Compositor dictus est, q̄ multos fecisset libros, non audiens scilicet Solomonem dicentem: Fili caue, ne facias libros multos: & ne festinato ore tuo, & cor tuum nō acceleret ad efferēdum sermonem à facie Dei. Nam Deus suprà in cœlo est, & tu in terra infrā. Quapropter sermones tui sint pauci. Multi enim sermones multiplicant uanitatem. Et ne sis nimium iustus. est enim iustus qui peccat iusticia sua: & ne argutare superuacanea, neq; sis impius. His omnibus ille repudiatis, decoro excidit.

ORION, Thebæus Aegyptius, scripsit collectanea sententiarum, seu Florilegium ad Eudociam, Theodosij iunioris uxorem, libris tribus.

Orion Alexandrinus grāmaticus, scripsit Florilegium, Atticarum dictionum collectanea, de Etymologia, Encomiū Adriani Cæsaris.

ORVS Alexandrinus grammaticus, Cōstantinopoli docuit: scripsit de ancipitibus: Gētilia quomodo efferēda sint: Solutiones p̄positionū Herodiani. Tabulam suarū rerū: De encliticis particulis: Orthographiā ordine alphabetico: De a diphthōgo. Orthographiam ay diphthongi: Contra Phrynichum ordine alphabetico: Florilegium sententiarum.

*ὠραπία χάρα.*) Demosthenes cū Calistratum oratorem Oropios defendentem uidisset, eloquentiam adamauit.

OROPVS, locus dictus est, quod Orus oculos ibi amisit.

*ὠς.*) Parmenides incredibili est pertinacia.

*ὡς ἀραγεὶ συλλήδλω ἀπαντὰ σοι φέρω.*) Ut omnia summatim bona tibi offerā. De ijs qui multa bona pollicentur.

HOSANNA, gloriā significat. Etenim alius Euāgelista dicit, Pax filio Dauidis: alius, Gloria filio Dauidis. Alij perperā interpretantur, *σῶσον δὴ, Age serua.*

*ὡς ἀνὶ ὑπερὶ τηλικύτων.*) Ut tantis de reb. *ὡς δὲ πλοῖτο, καὶ ἴσαι γίνωνται αἱ ψῆφοι.*)

Pereat, etiamsi urna adæquarint. Hyperbolicè dictum est. Cum enim pares erāt calculi, reus absoluebatur.

*ὠσποτο.*) Equo illum quidē deiecit: sed ereptū à satellitibus è discrimine, in quō se coniecerat, uulnerare non potuit.

*ὡς ἐμοὶ κριτῆ.*) Meo quidem iudicio lucidissimus est, inquit Sophocles.

ως ἐκ τῶν παρόντων.) Cum eò loci se redactam audiret, data à singulis optiōne mortis lenissimæ & leuissimæ: diadema, quod in capite gestabat, signum scilicet & testimoniū principatus, auulsum collo innexuit: eoq; usa pro laqueo, ut illius temporis dura conditio postulabat, necem sibi consciuit.

ως οὐ μάλιχα.) Diuersoria sunt quàm fieri potest tutissima.

ως Ἰπίπαι, ως πλῆθει, ως Ἰπὶ πολὺ.) Dion historicus Romanarum rerum lib.17. πέφυκεν ως πλῆθει τὸ μὲν εὐτυχῆν θρασυέει, τὸ δὲ κακοπραγεῖν μετράζειν: Alioqui etiam ferè ita fieri solet, ut & fortunati insolescant: & quibus res aduersæ sunt, se præbeant moderatos: eoq; hi quidē ex metu modestè uiuunt, illi propter fiduciam petulanter. Idq; magis etiā est in illo deprehensum. Idem 13. Plerunq; securitas tarditatem, subita inclinatio celeritatē consilij sequitur.

πέφυκεν ως πλῆθει τὸ μὲν βέβαιον ἐκ βραδυτήτων, τὸ δὲ ὀξύρροπον ἐκ τάχους ἀσθενείας ὑπάρχειν.

ως ἐπὶ εἰπεῖν, ως ἐπὶ εἰπεῖν ἐπὶ, ως ἐπὶ φαίαι, ως φαίαι ἐπος, ως φαίαι, ως εἰπεῖν.) id est, ως φαίνεται καὶ (ἐνὶ) ἐν λόγῳ εἰπεῖν, ut uidetur, & ut uno uerbo dicam. Alibi dicit Aristoteles, ως τύπω περιλαβεῖν, ut pingui Minerua complectar. Hoc autem dixit, quod non subtiliter distincteq; dici possit, propositiones quæ ad expetendum & fugiendum referantur, esse morales: quæ ad cognitionem & ueritatē, naturales.

ως τύπω εἰπεῖν.) Ut communius & uersè dicam.

ως εἰς πᾶν ἄπορίας ἀφικέσθαι.) Eò redactus, ut consilij prorsus inops esset.

ως εἰσιν.) Ut apparet, uti par est, ut fieri solet.

ως ἠδέως αὐτὸν φάγοις ἐξ ὄξους δίκλῳ.) Quàm libeter, ὁ sycophāta, ex aceto ederes litē?

ως καλὸν ὦ Πόσειδον.) Quàm pulcher est, ὁ Neptune, cætus eorum? Quàm densus & expeditus, instar cibarij panis, & publici epuli. Nam cum publicè conuiuatur, uno quoq; suā cœnam afferēte, densa uidentur omnia, partim sacrificiorum apparatu apportato, partim ab ipsis epulantibus.

ως οὐκ ἀφεύξει.) Teucer non effugiet, quo minus lapidibus obruatur.

ως ἐκ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρέμενον.) Ex Chæremonis Therista prouerbialis uersus: Nō inferens, sed depellens iniuriā.

ὡσπερ κογχύλλῳ διελεῖν.) Ut conchā di-

uidant. Prouerbiū, in ualde sordidos.

ὡσπερ οἱ νικηφόροι πειραγιρόμενοι.) Instar uictorum circumire, uel circumduci. Ferunt pugilibus uictoribus præmia non fuisse data: sed ipsos circumeūtes, quod quisq; uellet.\*

ὡς πρὸς ἰέναι βελλόμενοι, βοιωτὲς διόδου αἰτῆμεθα.) Tanquā Delphos ituri, transitum à Bœotijs petimus. Delphi siti sunt intra Atticam & Bœotiam.

ὡς τὸ ἐν ἄργει ἀσπίδα καθελῶν.) Quasi clypeum Argis sustulisset. In arrogantes. Alij dicunt, sacrum esse Argis clypeum, qui munitus dicatur, & sustineri nō possit: alij, cohortē esse Argis robustissimorum iuuenum, quæ clypeus dicatur.

ὡς ἴα.) Ancus Martius rex Romanorū, præter cætera, ad ostia Tiberis fluuij locum munit, & ad ipsum æstuarium urbē cōdidit, Ostiam à situ ita dictā, ad lapidē decimum sextum Roma distantem.

ὡς κῶς.) Non impetu & cum uiolentia ruendum in mortem.

ὡς τὸ εἰκός.) Tanquam filium suum, sacra ratione, uti par erat, diligebat.

ὡς φάσαι ἢ πλῆθους.) Homerus: Sic ait populus.

ὡς φρονεῖ.) Vinum in libationibus adhibebatur.

ὡς χοφόρια.) Oschophoria, Sciradis Minere festum, à racemis uuarum dictum. Oschophori autem duo erāt, genere & opibus præstantes, qui palmitē ferebant uis dependentibus.

ὡς καταρόται.) Iam nōnullis qui con fractas aures & corruptos animos habent, in comœdiā conuersa sunt, & magnum risum, arcana philosophiæ (Damascius ait) eò quod quidam arcana philosophiæ eliminassent.

ὡς κρυφαῖν.) Per emissarios & delatores aliquid exploratum ire.

ὡς τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἐστὶ φυσῆσαι.) Sacrum ignē ei sufflare non licet. Timæus 38 hystoriarum tradit, Democlidem cōtra Democharem dixisse: Soli ipsi omnium Atheniensium non licere sacrum ignem sufflare, ut qui superioribus partibus sit impuris. Duris uerò lib.10. Pytheam idem obiecisse Demostheni ait.

ὡς κατάξαι, καὶ ὡς θλαδίαι.) Aurifragus dicitur, cui aures in palæstra sunt cōfractæ.

ὡς τῶν.) Alio auis est, quæ cum laudatur, & contrā saltat, sicut nycticorax, capitur. Itaq; Otos dicunt inflatos, & uanę gloriæ cupidos.

ὡς φελε.) Utinam prius ætherem subijf-



set magnum, aut multis cōmunem Orcum, ille uir, qui inuisum monstrauit armorum Græcis communem Martem: id est, utinam prius è medio sublatus esset, quàm arma bellica in Græciã intulisset. (Quis fuit, horrendos primum qui protulit enses? Quàm ferus, & uerè ferreus ille fuit?)

*ὠφελείας.*) Publius urbem ingressus, quosuis obuios occidi iussit, nec parci cuiquam, neq; ad prædam discurre, ante signum datum.

*ὠφέλιμον πρᾶγμα.*) Res utilis, quæ eiusmodi est ut iure expetatur ad incrementum & additamentum. *παρὰ τὸ ὠφέλειον, τὸ αὐξάνειν.*

OPHELIONIS comici, libro 2. Dioprosophistarum dramata esse ait Athenæus, Deucalionem, Callæschrum, Centaurum, Satyros, Musas, Monotropos, id est Solitarios.

*Philosophia cum supercilium.* *ὠ Φήμερε.*) O' unius diei homuncio. Sic loquentem inducit Socratem Strepsiadi Aristophanes, quasi ipse diuinis rebus & sublimibus intentus, præ se contemnat senem rebus caducis intentum.

*Socrates, Silenus.* Vel, quia Socrates Sileno similis esse dicebatur. Fuit enim & simus, & caluus. Nam Silenum Pindarus sic affantem facit Olympum: O' miser, unius dieculæ, fatue: Narras mihi res insolenter.

*Mithridatis interitus.* *ὠ Φῶς.*) O' lumē malis meis ades: præbe te amicū mihi, dextram tuam implorāti. Esto in extremo ministerio mihi alter Mithridates. Hæc ait Mithridates, cū hausto ueneno difficulter moreretur.

OCHVS philosophus apud Phœnices, Zamolxis apud Thraces, Atlas apud Afros.

*ὠχρ.*) Mortuos coronare, & lecythos eis imponere solebant.

*ὠχρος.*) Ut uidi Melitē, pallor me inuasit.

*ὠψοπόνος.*) Coquus Spinther Mercurio hæc signa artis suæ dedicauit, seruitij iugo excusso.

INITIVM P LITERAE, P CŪ A.

**Π**ΑΓΑΣ (f. παγασαί.) Pagæ, uel Pagasæ. Demosthenes in Philippicis: Nauale est Pheræorum, unde Pagasiticus sinus, & urbs.

*πάγας.*) Id quod Aeschylus ait: In suas pennas incidit, & comprehensus laqueis, quos alij posuerat, legibus, ut æquum erat, pœnas dedit.

*Insidias alij fabricans, sibi fabricat ipse.*

*παγκρατίας αἰς.*) Pancratiaistæ, athlete, pugiles, qui manib, & pedibus pugnant.

PANCRATIVS sophista, in Minuciani artem commentarium scripsit.

Pancratius. Huius feruntur libri de arte culinaria, secundum quamuis conuersionem. Floruit tempore Leonis senis, usq; ad Zenonem.

*πάγκριος.*) Pancœnus, quasi cōmunis omnib. palus apud Inferos. Neq; enim illū ex Orci Pancœni stagno, nec lachrymis nec precibus reuocabis, in quod omnibus perueniendum est. Sentētia est: Neq; lamētando, neq; obtestādo deos, eum resuscitabis. imitatione Homeri: *Vilitas quoniam luctus est nulla molesti.*

Et Aeschylus: *Sola dearum Mors munera non amat, Non admittit dulcis partē spei.* *μόνον θεῶν γε θάνατον ἐξ δώρων ἐρα: ἐδέχεται γλυκερᾶς μέρ ἐλπίδος.*

*πάγοι.*) *Aedes, Nympharūq; sacer tumulus, & quæ sub rupe sūt scaturigines, & aquis propinqua pinus.*

PADVS, nomē fluuij, qui apud Græcos Eridanus appellatur.

*πάθας.*) Cōmemorat ademptam pecuniam, & cōdemnationem, atq; etiam priores suas iniustas calamitates. Sophocles: Atq; (intestinas calamitates) ea quæ intus acciderūt, nō possum eloqui.

Oedipus: Acq̄escere me, ærūnæ & tēpus longinquū docent: & tertio loco, animi cōstantia. Id est, ut boni cōsulerē res aduersas, longū effecit tēpus, & calamitatū multitudo, & fortitudinis excellentia.

*πάθη.*) Cum uideam calamitatem pedissequam, quæ (falli) effugi non potest. Et rursus: Ac alias infinitas dixerim, neglectam iusticiam, secutas ærumnas.

*πάθη.*) Quales affectiōes animi in spectaculo, tales exitus esse necesse est. Affectus duo, Dolor & uoluptas. Et uoluptas quidē læuis est motio, dolor autem dura motio: ac uoluptas accepta omnibus animalibus, dolor autem odiosus.

*πάθος.*) Affectio, dictionis est homonymia, quam uulgo æquiuocationē dicunt, cuiusmodi est canis: itē metaphora, ut nutrix tellus, id est alma. Hinc oritur abusio & obscuritas.

*πάθος.*) Nomen *πάθος* (passio, perperio, affectus, affectio) dupliciter dicitur: uel de eo quod ad corruptionē, uel de eo quod ad perfectionem perducit. Lignum enim pati ab igni dicitur, q̄ corumpatur. Sensus etiam pati dicuntur a sensibilibus, hoc est perfici, & a facultate ad actionem perducit. E corporis affectionibus ad animum aliquid transit. *Eo*